



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Iosephvs hoc est, Sanctissimi Educatoris Christi Dom.  
Deiq. nostri in Terris apparentis, ac Æternæ Virginis  
Mariæ Sponsi Vitæ Historia**

**Stengel, Carl**

**Monaci, MDCXVI.**

Cap. V. D. Iosephus comes itineris ad Elisabetham.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42004**

Lucae historiã, sexto mense post  
 conceptionem Elisabeth, in eius  
 domum abiisse B. Virginem, &  
 in eadem etiam quasi tribus mē-  
 sibus permansisse; certè cum  
 præter omnes hos dies, quidam  
 alij fuerint intermedij, quibus  
 B. Virgo & ad iter se præparauit,  
 & illud confecit, facilè, omnibus  
 benè computatis, potuerunt no-  
 uem integri menses compleri,  
 antequam Virgo à Zachariæ do-  
 mo discederet.

*Intemerata ergo Verba li-  
 Virgo valedicens cognatae suæ, redit in- belli Ros.  
 de domum versus postridiè circumcisio- sine Psalt.  
 nis pueri, ut videtur; & hac die Ec- B.M. Virg.  
 clesia celebrat festum Visitationis.*

D. Iosephus sponsam gravidam aduer-  
 tent, eius dimittendæ consilium captat,  
 sed ab Angelo confortatus uxo-  
 rem ducit.

C A P V T V.

G 2 Sex

et, &  
 iorem  
 Ratio  
 fraga-  
 er ali-  
 tham  
 ocum  
 arfore  
 ta, nec  
 , quo-  
 d Ma-  
 n per-  
 s, quo  
 & mi-  
 è dis-  
 us le-  
 : imò  
 lut de  
 Susce-  
 o, &  
 officio.  
 amen-  
 tuse-  
 uang.  
 Lucz

SEX iam menses transierant à desponsatione Virginis cum Iosepho, tres verò à conceptu filij Dei, & tempus aderat, vt Iosephus nuptias cum sponsa de more solenniter celebraret. *Non- dum enim conuenerant, nondum simul habitabant, ille in suâ, & illa adhuc in suâ domo manebat. Eam cum sæpius ac familiarius inuiseret, ex vteri tumore grauidam apprehendit, certus nullum sibi cū eâ connubialem intercessisse congressum. Quare anxius, ac sollicitus, eum pro insigni, quâ præditus erat iustitiâ ac pietate, nollet Virginem infamare, decreuit clanculum ab eâ diuertere. Scio quidem grauissimos quosdam Patres in eam abiisse sententiâ, vt putarent, Iosephum verè dubitasse de Virginis castitate, imò & iudicasse adulterij ream esse, valdèq; excruciatū fuisse, quod illant*

*Eus. Emiss.  
hom. in 1.  
Matth.*

*Cur Iosephus Mariam voluerit dimittere.*

illam sic intueretur grauidam,  
 quam certissimè sciebat se, ne-  
 mente quidem attigisse; fuisse ta-  
 men magnæ iustitiæ opus pati-  
 enter illatam sibi iniuriam tulif-  
 se absque reuelatione, & accusa-  
 tione. Hi sunt in primis, Diuus  
 Augustinus, qui scribens ad Ma-  
 cedonium ait: *Ioseph, cui Virgo Ma-*  
*ria, Domini Mater, fuerat desponsata,*  
*cum eam comperisset esse prægnantem,*  
*cui se nouerat non esse commixtum, &*  
*ob hoc, nihil aliud, quàm adulteram*  
*credidisse, puniri tamen eam noluit;*  
*nec approbator flagitij fuit. Idem de*  
*natali Domini: Nescit (inquit) in-*  
*terea Ioseph Mariæ sponsus, quid cum*  
*Maria ageret Angelus, subitoq; Ioseph*  
*intuitu familiari, & licentiâ marita-*  
*li aspicit Mariam coniugem suam; vi-*  
*dit eam gressibus grauari, intellexit*  
*Mariæ uterum grauidari, turbatur*  
*Ioseph, homo iustus, quod Mariam quã*  
*de Templo Domini acceperat, & non-*

*D. Aug. ep.*  
*54. tom. 2.*

*Idem ser.*  
*14. tom. 10.*

dum cognouerat, & gravidam sentiebat, & quam non meruerat in coniugij honorem, iam haberet in confusione: secumq; diu aestuans disputat, dicens: unde hoc contigit, quid euenit? Non cognoui, non noui, non tetigi, non violavi, non gravidavi; heu, heu, quid contigit? Quid putas euenit? Per quem Maria sic cecidit? Quem sibi plusquam me adulantem inuenit? & infra: Quid ergo faciam? Quid agam? anxior, gemo, curro, consilium quaero, nec penitus inuenio: prodo adulterium, aut taceo propter opprobrium? Si prodidero, adulterio quidem non cōsentio, sed nauum crudelitatis incurro, quia secundum libri Moysi sententiam, lapidanda esse cognosco; si tacuero malum, consentio, & cum adulteris portionem meam pono. Quoniam ergo tacere malum est, adulterium prodere peius est, nec per me fiat homicidium, dimittam

*Idem hom. eam coniugio. hæc ille, qui similia  
16. de Verb. tradit alibi. Subscribit eidem sen-  
Dent. tentiæ*

sentia Iustinus martyr dicens: Iosephus etiam is, qui Mariæ sponsus erat, cum vellet sponsam suam principio ejcere, quod eam ex viro gravidatam esse existimaret, id est ex stupro, in visu, & somno ei præceptum est, ne uxorem suam repudiaret, cum ei dixisset Angelus, qui se ei patefecerat, ex Spiritu sancto esse id, quod in utero haberet. Adde D. Ambrosium dicentem: Quid præiudicat Mariæ, si cælestis consilij mysterium Ioseph non intelligit, & putavit, Virginem non esse, quia prægnantem viderat. Ac tandem ne in referendis Patrum testimoniis multus sim, eandem amplexi sunt sententiam Hilarius, Chrysostomus, Eutymius, Theophylactus, & Nicephorus.

Illud tamen, cui hæc sententia placuerit, advertere oportet, præcitatos Patres minimè cōcedere (cū id cum verbis Evangelij pugnare videatur) in illâ

¶ 5 falsa

*Iust. dial. cum Thimphone.*

*D. Ambr. de Instit. Varg. c. 5.*

*Hilar. con.*

*I. in Mat. b.*

*Chry. ho 4.*

*in Mat. b.*

*Euthym.*

*& Theop.*

*phy. in c. 2.*

*Mat. b.*

*Niceph. 1. 1.*

*cap. 2.*

falsa existimatione, quam S. Iosephus habuit de B. Virginis integritate quidquam peccasse; tum quia, cum non agnosceret, nec agnoscere tunc teneretur mysterium Incarnationis, & videret uxorem suam prægnantem, certòq; nouisset, se nunquam attingisse illam, certè à temerarij iudicij maculâ liber erat, & immunis prorsus eius existimatio; tum quia forsan iudicauit illam fuisse grauidam, absq; eius tamen culpa, vt si per vim fuisset violata, cui delicto specialis in veteri Illâ lege erat pæna statuta.

Altera sententia.

*Matth. 1.*

Alij Patres in oppositam è diametro sententiã abeuntes, docuerunt B. Iosephum agnouisse altissimum Incarnationis mysterium, idq; significasse Euangelistam, cum dixit: *Inuenta est habens de spiritu sancto: iuuenta*, exponit D. Hieronymus, à *Ioseph, qui licentiã*

*tiã*

tiâ penè maritali omnia nouerat uxoris arcana: aiunt ergò illum, præ singulari suâ modestiâ ac humilitate, matris Dei consortio indignum se iudicantem, statuisse in animo suo illam dimittere, memorem illius, quod dictum est Moysi: *Ne appropies huc, solue calcamenta de pedibus tuis; locus enim, in quo stas, terra sancta est.* Certè Petrus simili humilitatis spiritu ductus, illam protulit vocem: *Exi à me Domine, quia peccator sum:* quibus etiam consonant verba illa humilia D. Ioannis Baptistæ: *Non sum dignus soluere corrigam calcamenti:* atque in huius figuram dicitur de Dauid: *Timuit introducere arcam Dei in domum suam:* præ magna enim sua humilitate dicebat: *quomodo ingredietur ad me arca Dei?* Amplexatus est hanc sententiâ in primis Origenes, dum ait: *Iustus erat & illa Virgo immaculata*

Exod. 3.

Luc. 5.

Ioan. 1.

2. Reg. 6.

Orig. in

Matth. 1.

lata

lata erat, sed ideo eam dimittere volebat, quoniam virtutem mysterij & sacramentum quoddam magnificum in eadem cognoscebat, cui approxima- re se indignum existimabat; ergo hu- milians se ante tantam, & tam ines- fabilem rem, querebat se longè facere. hæc ille. Cuius persimilia lego apud Basilium dicentem: Inuenta est gravida de Spiritu sancto: ambo in- uenit Ioseph, & conceptionem, & caus- sam: quod de Spiritu sancto: quapro- pter timens eiusmodi mulieris vir no- minari, clanculum ipsam dimittere voluit: non ausus publicare, quomodo res ipsius haberent: cum autem esset ius- tus, asecutus est mysteriorum reuelationem: nam, dum hæc ipsa animo ver- saret, angelus Domini apparuit ipsi per somnium dicens: Ne timeas accipere Mariam uxorem tuam; nec illud co- gita, quod suspicionibus absurdis ob- umbrabis peccatum: justus enim ap- pellatus es: non est viri iusti iniquita-

D. Basil.  
hom. 25.

tes silentio contegere; ne timeas accipere Mariam coniugem tuam; ostendit, quod non moleste tulit, neque fastidivit, sed timuit ipsam, veluti spiritu sancto repletam: & illa verba Angeli: *Noli timere accipere Mariam coniugem tuam*: idem sanctus Doctor ostendit, quod Virginem Iosephus non sit abominatus, nec moleste tuletit, sed quod eam metuere, ut Spiritu sancto plenam: hæc ille. Quibus non possum, egregia D. Bernardi verba, etsi permulta, non subiungere; ait enim: *Quare voluit dimittere eam?* Bern. ser. *Accipe & in hoc, non meam, sed Patrum sententiam. Propter hoc Iosephus voluit dimittere eam, propter quod & Petrus Dominum à se repellebat dicēs: Eci à me, Domine, quia homo peccator sum: propter quod & Centurio à domo suâ illum prohibebat, cum diceret: Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum; ita ergo, & Iosephus indignum*

Bern. ser.

super Mis-

sus est.

Matth. x.

Luc. 9.

Matth. 8.

indignum & peccatorem se reputans,  
dicebat intra se, à tali & à tanta non  
debere sibi ultra familiare præberi cor-  
tubernium, cuius supra se mirabilem  
expauescebat dignitatem: videbat, &  
horrebat diuinæ præsentia certissimum  
gestantem insigne, & quia mysterium  
penetrare non poterat, volebat dimit-  
tere eam. Expauit Petrus potentia  
magnitudinem; expauit Centurio præ-  
sentia maiestatem; exhorruit nimirum  
& Ioseph, sicut homo, huius tanti mi-  
raculi nouitatem, mysterij profundita-  
tem, & ideo occultè voluit dimittere  
eam. Miraris, quod Ioseph prægnantis  
se se consortio Virginis iudicabat indi-  
gnum, dum audias, & sanctam Eli-  
sabeth eius non posse ferre præsentiam,  
nisi cum tremore quidem, & reueren-  
tia? ait namque; unde hoc mihi, ut  
veniat mater Domini mei ad me? Ideo  
itaq; voluit dimittere eam. sed quare  
occultè, & non palàm? ne fortè di-  
uortij caussa inquireretur, exigeretur

ratio:

ratio. quid enim vir iustus responderet populo durae cervicis, populo non credenti & contradicenti? si diceret, quod sentiebat, quod de illius puritate comprobauerat, nonne mox increduli, & crudeles Iudaei subsannarent illum, lapidarent illam? quando namque veritati crederent tacenti in utero, quam postea contempserunt clamantem in templo? quid facerent, necdum apparenti, cui postmodum impias manus iniecerunt etiam miraculis coruscanti? merito ergo vir iustus, ne aut mentiri, aut difamare cogeretur innoxia, voluit occulte dimittere eam. Hanc eadem opinionem sequutus Cancellarius Parisiensis tomo quarto in epistola, quam de institutione festi D. Iosephi scripsit, ait: Deiparentem, antequam ad Elisabetham inuisendam abiret, stupendum incarnationis mysterium charissimo sponso aperuisse; obstupuisse vero (ut par erat) Iosephum, & de-

CON-

*Viguer. in  
Theol. in-  
stit. c. 20.  
§. 9.*

*Theoph. in  
locum hęc  
Matth.  
Richard.  
ibid.  
Eggius 16.  
Salm. 10. 2.  
tract 3.  
S. Brigit  
l. 7. c. 25.*

coniuge dimittendâ, quod illius  
convictu esset indignus, cogi-  
tasse. Et Viguerius tradit, sancti-  
tatis splendorem effulgentem  
post Christi conceptionem in  
integerrimæ Virginis vultu, in  
admirationem Iosephum rapu-  
isse. & paulò post: tanquam in-  
dignum ab eius consortio se vo-  
luisse sequestrare.

Tandem horum Patrum sen-  
tentia subscribunt alij grauissi-  
mi Doctores, Theophylactus,  
Richardus de S. Victore, Eggius,  
& Salmeron, fauetq; illi insigne  
testimonium ex reuelatione san-  
ctæ Brigittæ factâ, cuius verba  
sunt hæc: *Postquam consensi nuncio  
Dei, Ioseph videns uterum meum vir-  
tute spiritus sancti intumescere, expa-  
uit vehementer, non suspicatus contra  
me aliquid sinistrum, sed recordatus  
dicta Prophetarum prænunciantium,  
filium Dei nasciturum de Virgine, re-  
putabam*

reputabat se indignum tali seruire ma-  
tri, donec Angelus in somnis praecepit  
sibi non timere, sed cum charitate mi-  
hi ministrare.

Inter extremas has sententias Tertia sen-  
tiam adductas, media via proba- tentia.  
bilior censi potest; nimirum,  
B. Iosephum, cum vxorem praë-  
gnantem vidisset, non existi-  
masse quidquam mali de B. Vir-  
gine, sed nec quidquam boni, sed  
summâ perplexitate cruciatum  
viriliter suspendisse iudicium, il-  
lud Ecclesiastici in memoriam  
reuocâs: *Deprime cor tuum, & sus- Eccl. s. 20.*  
*cipe verba intellectus, & ne festines in*  
*tempore obductionis*: non desunt  
grauissimi Patres, qui huic sen-  
tentiaë adhaereant; nam in primis  
Chrysostomus, vel quicumq; ali-  
us est auctor imperfecti operis, *Auct. im-*  
ait: quod cum variaë cogitatio- *perf. hom.*  
nes in Iosephino pectore, velut *1. Matth.*  
duello mirando præliarentur:

H nam

nam grauiditas adulteriũ reddebat, sanctitas verò Virginis illud explodebat; vterus intumescens turpitudinem suadebat, at castitas Mariæ Iosepho satis perspecta, violatam eius virginitatē non patiebatur credere; sensus vrgebat, aliquid turpe ibi adesse, at ratio pugnabat, sanctitati Virginis magis fidendum, quàm vteri tumori credendum; cum (inquam) Ioseph varijs his cogitationum fluctibus huc & illuc ageretur, *tanquam vir iustus*, inquit Chrysoctomus, (*ô inestimabilis Mariæ laus*) magis credebat castitati eius, quàm vtero intumescenti; plus gratia, quàm natura conceptionem manifestè videbat, & fornicationem suspicari non poterat; possibilis credidit, mulierem sine viro posse concipere, quàm Mariam posse peccare; reddens autem rationem, quare nihil mali suspicatus fuerit Iosepho

*Ibidem.*

Ioseph, ait: quoniam audito verborum  
 Mariae, & consideratio vitæ eius mala  
 suspicari de eâ non sinebat Ioseph; con-  
 sideratio autem conceptionis eius non  
 permittebat eum ad plenum bona æ-  
 stimare de eâ; & sic animus eius inter  
 utrasq; partes fluctuabat, & tenere  
 eam timebat, & tradere eam non au-  
 debat, propter hoc necessaria fuit ei re-  
 velatio divina: hæc ille.

Adstipulatur eidem sententiæ  
 D. Hieronymus, dum opinatur,  
 Iosephum nihil mali suspicatum  
 fuisse de B. Virgine, sed latuisse  
 illum tunc mysterium Incarna-  
 tionis, & in admirationem rap-  
 tum, suspendisse iudicium. Ver-  
 ba Hieronymi sunt hæc: Hoc testi-  
 monium Mariæ est, quod Ioseph sciens  
 illius castitatem, & admirans, quod

viderat, celat silentio, cuius mysteri-  
 um nesciebat: subscribit eidem

Haymo, dum in Vigilia Natiui-  
 tatis ait: Cur dimittere eam voluit?

Hay. in Vi-  
 gil. Natiui-  
 Dom. in  
 par. hyem.  
 sub initio.

ideo scilicet, quia nec totum sciuit, nec totum ignorauit. Nouerat in utero habentem non de carnali concubitu, sed spiritali virtute; de quo vero spiritu conceperit, ignorabat, quod ei aperitur, quasi nescienti de spiritu, dum induit,

*Gloss. ord.*

*in c. l. Mat*

sancto. Glossa ordinaria ait: Sciebat illam esse inculpabilem, sed unde, vel quid esset, ignorabat, & ideo mediam elegit viam effugiendi, ut neque innocentem proderet, neque rei incognite consentiendo, se reum faceret coram Deo. Vera virtus est, cum nec pietas sine iustitia, nec sine pietate iustitia, que separata ab inuicem dilabuntur. Fauentque ei sententia non parum verba Matthæi: *Hæc eo cogitante,*

*Matth. 1.*

*Ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph: ex quibus non obscure colligitur, quod nondum deliberauerat, nec determinate iudicauerat, Virginem quidpiam turpè commisisse, sed tantum apud se varijs cogitationibus agi-*

tari

rari, variasq; rationes hinc, & inde emergentes attentā meditatione explorasse. In quo sanè prudenter se gerebat, dicente Ecclesiastico: *Vir in multis expertus, multa cogitabit*: non solum autem in eo prudentem, sed virum prodigiosæ iustitiæ & bonitatis se ostentavit, cum sponsæ tamentē vterum, & ad sensum indubitata conceptus signa videns, neq; exostulavit ab vxore, nec questus est apud affines, nec zelotypiæ ardore excanduit, nec in ius sponfam vocavit, aut ad subeundam pœnam exposuit, sed æstus suos apud semetipsum pressit, tandem de diuortio cogitās, vt indicat Euangelista dicens: *oc-* *Matth. i.*  
*culte voluit eam dimittere*: hæsitans enim ob quasdam rationes, ad ulterium metuebat; ob alias rursus, ab hac cogitatione reuocabat, quòd exploratos haberet

H 3 incul-

in culpatissimos vxoris mores; spiritumq; diuinum vndique se se proderet in ipsius oculis, gestu, incessu, & sermone, fieriq; posse non dubitabat, vt ex Deo, à quo necesse est pendeat omnis faminarum conceptus, vxor eius nouo modo concepisset; maximè quod non ignorabat vaticinium Isaia: *Ecce Virgo concipiet, & quod iam proximus erat aduētus Messia, iuxta Danielis computationem in suis hebdomadibus: metuens ergò, se diuinam maiestatem offensurum, si, aut seruaret, quàm adulteram timebat; aut traduceret cum infamiae periculo, quàm ex Deo concipere potuisse autumabat, nec voluit illam traducere, nec seruare, sed occultè dimittere. Quem autem modum in dimittendo illam decreuisset, non est vna omnium sententia; nam Rupertus & Ambulensis*

*Isai. 7.*

Quem  
modum  
seruare vo-  
luerit Iose-  
phus in di-  
mittendâ  
Mariâ.

bulensis, quos secutus est Simon de Cassia, fugam fuisse mediatum, sicut fecit David, aiunt; quod & factitarunt non pauci propter diuersos rerum euentus. Cornelius verò Iansenius ait: voluisse illam dimittere libello repudij dato, quem secreto, & non in publico dari potuisse existimat; nec infirmat hanc Cornelij sententiam, quod obiicit Abulensis non potuisse libellum repudij dari, nisi consummato matrimonio; tum quia verba legis, *Dent. 24.* nullum prorsus verbum habent de matrimonij consummatione; tum, quia si permissum erat eo tempore libellum repudij dare vxoribus infidelibus post consummatum matrimonium, & ablatam virginitatem, cur non etiam antè sine tanto detrimento dimitterentur? quia tamen existimo, libellum non potuisse dari

dari, nisi publicâ auctoritate, ut sic insipientibus fidem faceret, & ne quisque prout suo arbitrio libuisset, libellum daret; idcirco verisimilius censeo, Iosephum voluisse dimittere Virginem per fugam, non per libellum, alioquin volens non traducere, traduceret eam.

Respõde-  
tur tacitæ  
obiectioni

Illud tamen minimè silentio præteribo, quid secundum hanc mediâ sententiam, quam iuxta multorum Patrum auctoritatem veriore censemus, dicendum sit ad obiectionem illam, quòd cum Iosephus comitatus fuerit Virginem usque ad domum Zachariæ, non potuit Incarnationis mysterium ignorasse, cum palam de illo collocutæ fuissent Maria & Elisabeth. Quidam recentiores interpretes, ut hanc difficultatem fugiant, fatentur Iosephum intemeratam Virginem non

non fuisse in illo itinere comita-  
tum; quod planè videtur sensis-  
se Lyranus, dum ait: *De licentiâ*  
*Ioseph abijt ad cognatam suam; ipsa au-*  
*tem redeunte, videt Ioseph uterum eius*  
*gravidum.* Et Gratianus in vitâ S.  
Ioseph refert, eo tēpore occur-  
rissē fabrile quoddā opificium,  
quod recusare non potuit S. Io-  
seph, & ob hoc impedimentum  
non fuisse comitatum Virginem:  
sed quia in hanc sententiam mi-  
nimè gentium duci possum, pro-  
pter rationes, quas suprâ com-  
memoravi, facilius crediderim  
diuino cōsilio factum esse, quod  
ob aliquam rationem nobis ig-  
notam, quamvis Ioseph comita-  
tus fuerit B. Virginē, colloquio  
illi inter ipsam, & Elisabeth non  
adfuerit; vel si adfuit, diuinitus  
impeditum fuisse, ne mysterium  
Incarnationis agnosceret; sed  
quòd per Angelum postea ipsi

H s inno-

*Lyra. sup.*  
*l. c. Matth.*

Iosephus  
conforta-  
tur ab An-  
gelo.

innotuit, propter multiplices  
fructus, qui ex perplexitate illâ  
Iosephi percipi possunt.

*Eus. Emiss.  
in 1. Matth  
Aug. ser.  
14. de nat.  
Domini.  
Druthm.  
Et Haymo  
in 1. Matth.  
Christ. Ca-  
str. hist.  
Desp. c. 6.*

Dum igitur his cogitationibus  
Iosephi animus valdè sollicitare-  
tur, ecce Domini Angelus Gaba-  
riel (vt volunt Eusebius Emis-  
senus, D. Augustinus, Christia-  
nus Druthmarus, Haymo, Chri-  
stophorus de Castro) per somni-  
um apparuit ei dicens: Ioseph  
fili David, ne metuas celebrare  
nuptias, & accipere Mariam tibi  
in vxorem, nam fectus in illa con-  
ceptus à Spiritu sancto profe-  
ctus est: pariet autem filium, &  
vocabis nomen eius IESVM, ipse  
enim saluū faciet à peccatis po-  
pulum suum. Excitatus Ioseph  
à somno, fecit quod iniunxerat  
ei Angelus Domini, & accepit in  
vxorem sponsam suam cum affe-  
ctu, dilectione, & omni diligentia do-  
mesticos concernente (vt inquit D.

Balk-

Basiliius ) pro uxore illam habuit, à D. Basil.  
 nuptialibus verò congressionibus absti- orat. de  
 nuit. hum. Chrè.  
 sti genera-  
 tione.

D. Iosephus, Augusti edicto pariturus,  
 cum B. Virgine Bethlehemi  
 proficiscitur.

CAPVT VI.

SEmestre tempus effluxerat à  
 reditu MARIÆ è montanis,  
 nouem verò menses à conceptu  
 eiusdem, & salutatione per An-  
 gelum factâ; cum ecce Augustus  
 Cæsar, qui in summâ pace Ro-  
 manum Imperium tùm admini-  
 strabat, edicto promulgato vni-  
 uersis indiceret ditioni suæ sub-  
 iectis, vt in suâ quisque ciuitate,  
 vnde esset oriundus, nomen su-  
 um publicis tabulis describen-  
 dum profiteretur, designato  
 censu persoluendo. Fuit hæc de-  
 scriptio prima earum, quæ acci-  
 die